

Maximinus fact. dec.² in pro. | Dalmatia, sub | Maecio Laeto et Aemilio | Papiniano³ p[r.] p[r. v. v.]em.⁴, | Octavio Pisone⁵ et Valerio | Hercu-
lano tribb. equit. sing. | ddd. nnn. Auggg., et Aelio | Flaviano et
Aur. Lupo⁵ et | Ulpio Paeto √ √ √ exercitator. | Dedic. impp. M. Aurelio
| Antonino $\bar{\text{II}}$ [e]t P. Septimio | Geta cos. V kal. Iunias.⁶

Romae rep. loco non suo, in coemeterio Callisti (VI 228 semel descripta, a Boldetto). — 1) *Armorum custos.* — 2) *Aurelius Ianuarius et Aurelius Maximinus eo tempore quo titulus dedicatus est, promoti erant ad decurionatus alarum, cf. Domaszewski ad C. III S. 7449.* — 3) *Papiniani iuris consulti praefecturam praetorianam memorant etiam Paulus Dig. 42, 1, 40, Dio 76, 10, 14. 77, 1, Victor Caes. 20. Successit (una cum Maecio Laeto) sine dubio Plautiano.* — 4) *Praefectis praetorio viris eminentissimis; p. p. p. mem. (vel item) traditur.* — 5) *Octavius Piso tribunus equitum singularium, Aurelius Lupus exercitator eorundem fuerunt iam a. 202, teste titulo C. VI, 226.* — 6) 28 Mai. 203.

2188 Herculi Macusano¹ | ob reditum² domini nostri | M. Aureli Antonini Pii | Felicis Aug., equites singulares | Antoniniani eius, cives | Batavi sive Thraeces adlecti | ex provincia Germania | inferiori³ votum solverunt | libentes merito, III kal. Oct. | imp. d. n. Antonino Aug. II et | Tineio Sacerdote II cos.⁴

Romae rep. ibi ubi N. 2180 (Henzen ann. inst. 1885 p. 272). — 1) *Numen cultum in Germania inferiore et praecipue a Batavis (Brambach 51. 150. 154; ann. Rhen. 75 p. 74, 77 p. 43; nummi Postumi ap. Eckhel 7, 444).* — 2) *Elagabalus, cum secundum consulatum (a. 219) inierit Nicomediae (Dio 79, 8), Romam intravit anno demum 219.* — 3) *Intelleguntur equites singulares Augusti, sumpti sive allecti, ut dicebatur (cf. infra N. 2205. 2209. 2210) ex exercitu provinciae Germaniae inferioris; saepius ex alis provincialibus milites allectos esse inter equites singulares tituli infra N. 2489. 2208 seq. aliique docent.* — 4) 29 Sept. 219.

2189 I. o. m. | deo Šabadio sacrum | Iulius Faustus, dec. n. | eqq. sing. d. n.¹, ex votum (*sic*) | posuit et conalarium | nomina inseruit, | ex ala prima Darda. prov. Moesiae inf.² (*In latere*) Fl. Bassus dec., | Fl. Valens dupl., | Aelius Bonus dupl., | Aurel. Vitalis du[p]l., | Iulius Longinus tab.³, | Aelius Severus sig., | Aurelius Victor tur.⁴, | Iulius Valentinus, | Aurel. Pistus, | Aurel. Sudius, | Aurel. Mesibius, | Aurel. Mucianus, | Aurel. Diogenes. (*In altero latere*) dedicata | IIII non. Aug. | domino n. Gordiano Aug. | II et Pompeiano cos.⁵

Romae rep. cum ea quae praecedat (Henzen ann. inst. 1885 p. 273). — 1) *Decurio numeri equitum singularium domini nostri.* — 2) *Cf. N. 2188 not. 3. Ala prima Dardanorum recensetur inter auxilia exercitus Moesiae inferioris supra N. 1999 alibique.* — 3) *Cf. N. 2183 not. 4.* — 4) *Turmarius (cf. Henzen l. c. p. 285).* — 5) 2 Aug. 241.

2190 pro salute | eq. sing. | Genio turmes, | Herculi sancto, | Aur. Hermogenes | et . . ibius Sabinus | et Aur. Maximianus | tec[t]ores¹ n. s. s.² f.³ Maximi ex votum | tu[r]malibus bene | mer[e]ntes animo | animo pleno | posuerunt | columna et | lucerna aenea, | Decio Aug. | II et Grato cos.⁴